

corpori Christi clarificato σύμμορφα futura perspicuè affirmat.

64. Hæc dona subjectivè corpori Christi inhære-re, ac proinde finita esse, Calvinianis ultro largimur: ita tamen, ut infinitæ illi gloriæ, atque in-creatae Majestati, quæ carni Christi non ex resur-rectione, sed ex personali unione cum λόγῳ obti-git, nihil quicquam inde detrahi patiamur.

65. Qualitatum istarum, quas ex resurrectio-ne accepit Christus, hic fuit statim deprehensus ef-fectus, ut per lapidem sepulchralem non remotum corpore suo penetrare: per ostia clausa ad discipu-los intrare, Ἐ ἀφωτος γίνεσθαι subito dispare-re potuerit. Ioh. 20, 26. Luc. 24, 31.

66. Vnde πόρισμα inferimus: Corpora nostra in vita eterna non quidem fore πνέυμata, siquidem carnem & ossa retinebunt: sed tamen πνέυμati-κὰ, quibus non amplius dominabitur θυητὴ ist-hæc δυσχέρεια mortal is imbecillitas, ut de loco in locum paulatim progredi, necessum sint habitura.

67. Insigni ergo ἀπόψισι τῆς διαβοίας labo-rant Sacramentarij, dum corpus Christi non in statu duntaxat resurrectionis, sed Exaltationis e-tiam consideratum, ijs metiuntur ac describunt infirmitatibus, quibus ne nostra quidem corpora post resurrectionem amplius subjacebunt.

De